

Concurfus de Aretusa, difc. 82.
 Dotium fubfidiorum, difc. 8.
 De Maximis, difc. 187.
 Dotis, & fructuum, difc. 183. & difc. 196.
 Dotis, difc. 204.
 Dotis, difc. 175.
 Dotis, difc. 184.
 Dotis & augmenti, difc. 141.
 Dotis de Alteris, difc. 71.
 De Anguillaria, difc. 128.
 De Bonannis, difc. 31.
 De Bolinis, difc. 56.
 De Caffarellis, difc. 1.
 Eadem, difc. 2.
 Eadem, difc. 3.
 De Capranica, difc. 36.
 De Cardellis, difc. 37.
 De Gottifredis, difc. 6.
 De Guidonis, difc. 47.
 De Martolis, difc. 87.
 De Montanis, difc. 92.
 De Radiis, difc. 4.
 De Sfortiis, difc. 140.
 De Urfinis, difc. 19.
 De Zarottis, difc. 74.
 Electionis puellarum, difc. 9.
 Fideicommissi de Rubeis, difc. 191.
 Fructuum dotis, difc. 202.
 Fructuum de Cecchinis, difc. 42.
 Fructuum dotis de Caſaripis, difc. 119.
 Fructuum dotis de Magdalenis, difc. 51.
 Fructuum de Maſetis, difc. 118.
 Fructuum dotis de Sabellis, difc. 112.
 Hæreditatis de Iuſtinis, difc. 203.
 Inofficioſitatis, difc. 66.
 Jocalium, difc. 182.
 Laudi ſeu taxæ dotis, difc. 53.
 Legati dorum, difc. 10.
 Legati, difc. 14.
 Legati, ſeu compenſationis, difc. 99.
 Legitima, ſeu lucri, difc. 205.
 Lucri, dotis, difc. 206.
 Lucri, difc. 210.
 Lucri dotalis, difc. 211.
 Lucri dotis de Lenis, difc. 129.
 Lucri dotalis, difc. 131.
 Lucri Judæorum, difc. 132.
 Nullitatis executionis, difc. 96.
 Pecuniaria de Bolis, difc. 80.
 Pecuniaria de Mareriis, difc. 5.
 Pecuniaria de Sanctacrucis, difc. 22.
 Pecuniaria, ſeu Canonum, difc. 93.
 Pecuniaria, ſeu concurfus, difc. 83.
 Pecuniaria, difc. 178.
 Pecuniaria, ſeu reſeſcionis, difc. 212.
 Præſentæ legitimæ, difc. 30.
 Primogenituræ de Cardellis, difc. 37.
 Quarti dotalis, difc. 130.

Quarti dotis, difc. 207.
 Reinvestimenti conventionalis, difc. 46.
 Reinvestimenti, difc. 35.
 Reſidui dotis, difc. 24.
 Reſidui dotis, difc. 197.
 Reſtitutionis dotis, difc. 192.
 Reſtitutionis dotis, difc. 193.
 Reſtitutionis dotis, difc. 201.
 Reſtitutionis dotis de Mauris, difc. 33.
 Reſtitutionis dotis de Maurelis, difc. 52.
 Salviani, difc. 117.
 Seu alimentorum, difc. 127.
 Seu &c, difc. 122.
 Seu Albanen. dotis, difc. 58.
 Seu Canonum, difc. 55.
 Seu Concurfus, difc. 81.
 Seu fructuum dotis Monialis, difc. 125.
 Seu Januæ. reſtitutionis dotis, difc. 57.
 Seu locorum montium, difc. 60.
 Seu Nepeſina dotis, difc. 23.
 Seu reinvestimenti, difc. 54.
 Seu reſidui, difc. 70.
 Seu Spoletana, difc. 45.
 Subſidiorum dotium, difc. 7.
 Taxæ dorum, difc. 188.

Sabinen. fructuum dotis, difc. 114.
 Sarzanen. donationis, difc. 185.
 Sanen. concurfus, difc. 72.
 Senen. dotis, difc. 78.
 Spoletana donationis, difc. 15.
 Spoletana reſtitutionis dotis, difc. 34.
 Salmonen. fructuum dotis, difc. 121.

Terracinen. dotis, difc. 186.
 Tranen. difc. 104.
 Tudertina dotis, difc. 201.
 Tudertina lucri dotalis, difc. 137.
 Tudertina reſidui dotis, difc. 26.
 Tudertina ſupplementi legitimæ, difc. 98.
 Turrinana, difc. 107.
 Tuſculana juris offerendi, difc. 77.
 Tuſculana lucri, & legati, difc. 209. & difc. 218.
 Tiburtina Caſtri S. Angeli, difc. 126.
 Tiburtina donationis, difc. 17.
 Eadem Salviani, difc. 85.

Viterbien. ſeu Eugubina, difc. 123.
 Urbevetaſana fideicommiſſi, difc. 106.
 Urbevetaſana lucri dotis, difc. 138.
 Urbinaten. dotis, difc. 89.



JO: BAPTISTÆ
 CARD. DE LUCA
 Liber Sextus,
 DE DOTE, ET LUCRIS DOTALIBUS.

ROMANA DOTIS,
 PRO PETRO
 CUM ANNA, ET ANTONIO.

Causæ variè decifus per Rotam, poſtea concordatus.
 An pater teneatur dotare filiam ipſo inſcio, vel invito nubentem, & quatenus teneatur, an hæc obligatio fit ſubſidiaria, quoties filia non fit de ſuo proviſa, vel potius eam dotare teneatur quamvis divitem, & proviſam, & quales dicantur nuptiæ dignæ, vel indignæ, & qualis ætas attendi debeat ad effectum excuſandi filiam poſtea indignè, vel inæqualiter nubentem.

- SUMMARIUM.
- 1 Facti ſeries cum deciſionibus cauſæ.
 - 2 Pater teneatur dotare filiam non indignè nubentem.
 - 3 Et de ratione, ob quam dicta conclusio procedit. & n. 16.
 - 4 Ex quo jure dicta conclusio proveniat, illiusque origo inquirenda eſt, & quare.
 - 5 De validitate, vel invaliditate matrimonii ob defectum paterni conſenſus.
 - 6 De exheredatione ex eadem cauſa, & n. 12.
 - 7 Concilium Tridentinum terminavit queſtionem circa matrimonium.
 - 8 Neque Concilium, neque canones diſponentes de matrimonio agunt de dote.
 - 9 Matrimonium datur ſine dote, ſed è contra dos non datur ſine matrimonio, licet non ſoleat.
 - 10 An in dote, que conſtituitur pro matrimonio carnali, vel ſpirituali, cadat ſimonia.
 - 11 An pater teneatur dotare filiam ante annum 25. indignè nubentem.
 - 12 De materia exheredationis.
 - 13 De differentiâ inter dotis obligationem, & exheredationem.
 - 14 Quomodo procedat argumentum ab una ad alteram.
 - 15 De iure civili defectus paterni conſenſus excuſat ab obligatione dotandi, ac etiam invalidat matrimonium.
 - 16 Queſti ratio, cui innititur conclusio, de qua n. 2.
 - 17 Quando filia ſine paterno conſenſu nubens exconſetur ac habeatur ſicut inſolita nuptiæ.
 - 18 Conſenſus inſolite denegatus ſuppletur à lege, vel à iudice.
 - 19 Quando nuptiæ etiam non indignè ſine paterno conſenſu dicantur parum honeſtæ, & peccaminofæ.
 - 20 Conclusio de paterna obligatione dotandi filiam ſine conſenſu nubentem intelligitur in ſubſidium.
 - 21 Ac etiam ipſo caſu debet eſſe minor, atque ex dicta cauſa moderari.

- 22 De jure natura, ſeu lege iuſtitie non teneatur pater dotare filiam divitem, ſicut non teneatur alere filium aliuandè proviſum.
- 23 Reprobatur diſtinctio nuptiarum dignarum, & indignarum, quia datur tercia ſpecies.
- 24 Quis dicatur indignus, referuntur plures opiniones.
- 25 Doctor copulari dignè poteſt cum Comitiffa.
- 26 Expenditur opinio volentium poſt ætatem de conſuetudine congruam etiam ante annos 25. licitum eſſe indignè nubere remiſſivo.

DISC. I.

Um Anna unica filia Petri formoſa puella vix annu-
 15. attingens, quam pater, tum ob qualificatam nobilitatem, tum etiam ob fatis conſpicuam dotem ex propria, & materna, ac avita ſucceſſione in ſcutis ſerè 100. mill. conſtituendam, altiffimis alicujus Magnatis nuptiis deſtinaverat, inſcio, ſeu invito patre nupliſter Antonio nobili Neapolitano, atque poſt triennale moram in dicta viti patria, dotem petiſſet; hinc introducta cauſa in Rota coram Verofpio, ſub die 18. Junii 1663. prodit reſolutio, per quam firmata patris obligatione dotandi filiam non indignè nubentem, quamvis eo inſcio, vel invito id egerit, provisionaliter, ac ſine præjudicio alterius taxæ faciendæ, ſtatuit dotem ſcutorum 5500. juxta taxam à Conſultatione Sixtina præſcriptam, admittendo in deciſione deſuper edita limitationem ex parte patris deductam, ut hujusmodi obligatio fit ipſo caſu ſubſidiaria, quatenus nempe filia proviſa non fit de bonis propriis in dotem imputandis.

Repropoſita verò cauſa ſub die 2. Maji 1664. approbando dictam limitationem, ut paterna obligatio erga filiam ita nubentem fit ſubſidiaria, taxavit dotem in ſcutis 10. mill. in quos imputanda eſſent bona propria puellæ conſentientia in quodam legato eidem puellæ factio per Cardinalem patrum; neutra verò partium dictæ reſolutionis acquieſcente, ac denudè aſſumpta diſputatione, ſub die 1. Junii 1665. aucta ſuit dos ad ſcutos 12. mill. per patrem integrè ſolventis, nulla ratione habita de bonis propriis dotandæ; recedendo à præcedenter deciſis circa conſuſionem ſubſidii, atque in hac ultima reſolutione perſiſtum ſuit 12. Februarii 1666. coram Ottaloro. in locum Verofpii interim deſuncti ſubrogato.

Atque ſub dicta die 18. Junii 1663. & 3. Junii 1665. coram eodem Verofpio, per ſeparatas tamen deciſiones, ad favorem dictorum conjugum contra patrem decreti fuerunt fructus, ſeu uſuræ dotales juxta taxam ſtatutariam ſeptem cum dimidio pro centenario, ab ipſa die contracti matrimonii, quarum deciſionum ſecunda reformata ſuit d. die 12. Februarii 1666. coram Ottaloro ſubrogato, ſed pariter cum ſeparata deciſione, ut fructus prædicti uſquequo obtenta eſſent Apoſtolica derogatio Sixtine non deberentur niſi pro rata ab eadem conſultatione præſcripta ſc. 5500. ultra quam

deficientem; quinimo expresse repugnant rationem, tam naturalem, quam legalem.

Si autem de iure natura, seu ex debito iustitiae, quemadmodum pater non tenetur alere filium nisi in subsidium, & quatenus si pater non habeat alium, ita non tenetur filiae diviti trahere dotem loco alimentorum subrogatum, ut idem Boss. de dote cap. 4. num. 24.

22 Lex etiam positiva canonica super hoc nihil statuit, unde paterna obligatio de dotanda filia etiam divite, & aliunde provisa, plene comprobata in huius causae decisionibus praesertim ultima coram Ortolora, provenit solum a dispositione iuris civilis in l. fin. c. de dote promiss. ita communiter intellecta, non ex aliqua ratione, sed quia ita legi, seu veris nostris maioribus legem inter pretantibus placuit, ut plenius advertitur infra, disc. 142. Igitur est purum privilegium legis civilis, quoad volens implere debet illam conditionem, seu qualitatem (quam patrum consensus, cum qua eadem lex illud concedere voluit, neque eisdem legis dispositio diviti potest separatum conditionem, seu causam, sub qua, & non alias ex emanavit.

Aliam vivam rationem ponderata, quod isto casu filia non agit de damno vitando, neque de consulendo alimentorum necessitate; ob quam dici postea matrimonii libertati praedictum inferri, sed solum agere de maiori ditione acti, quae concedenda non sunt delinquentibus, & injuriis, ad verum offensum, & iniuriam, qualis est pater filii, quae id laedere valeat, ideoque observabam, in dicta distinctione iustae, vel in ea re causa, consistere genuinum veritatem, atque cum in ea recte concessari autoritates, quae invicem pugnant videntur, quoniam omnes recte dici possunt vere discretive in suis casibus, juxta utinam, vel alteram distinctionis partem.

23 Ad effectum autem congruae applicationis dictae distinctionis, & quando dicitur adesse nec ne iusta causa puellam nubentem excusans, ponderabam quoque non bene per aliquos ex nostris adhiberi duos tantum terminos dignitatem, & indignitatem nuptiarum, quasi quod cessante indignitate, resolutio quod nuptiae dicenda sint dignae, ut inter dotandi obligatio pura, & non subsidaria; sed tres esse species, scilicet indignitatem, non indignitatem, & dignitatem; sicut enim bene simul, virum non esse indignum, & talem quod nuptiae neque indignae, neque omnino inaequales dici possint, & tamen non esse ita dignum, quod pater iustus non possit se dicere praeterea, ac iniuriam, & quod non adpater dicta ratio adus utiliter pro patre gestis, sed quod potius adus cesserit debeat parum honestum, mali exempli, ac Republicae perniciosum, ut supra, nam alias si esse casus nunquam daretur, dum in casu nuptiarum indignitatem cessat omnis obligatio.

24 Ut enim liquet ex deductis per Menoch. lib. 4. prae sumpt. 186. num. 83. cum seq. Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 26. ex n. 22. Fontanel. de pact. el. §. 21. §. 1. §. 2. cum seq. cum aliis plenius infra dicto disc. 142. satis variant scribentes super hac indignitate, & quis in proposito dicitur vir indignus, aliqui enim credunt eum talem dici, qui aliqua infamia notata laborat, fecus autem si licet pauper, ac inaequalis, attamen est in suo genere honestus, cum id potius inaequalitatem, quam indignitatem importet; alii vero aliquas in dignitatis species enumerando, ad eas se restringunt, & alii puram indignitatem dicitur, quae ob aliquod canonicum impedimentum inter contrahentes validum matrimonium sequi non potest; omnes autem istae opiniones sunt parum tutae, cum verior, ac recepta opinio sit, illum dici indignum, cui attentis prole, divitiis, more regionis, aliisque circumstantiis, mulier absque parentum ac parentelae dedecore, & aliqua iniuria copulari non potest, quamvis vir esse alius in suo genere nobilis, dignus, & qualificatus, ob longae meliorem conditionem mulieris ejusque parentela, & sane Menoch. & Fontanel. loco cit. Boss. de matrim. cap. 11. n. 167. Merlin. de legit. lib. 4. tit. 1. §. 6. n. 19. Marcin. jun. disp. 77. n. 17. & seq. Rot. decis. 493. n. 45. cum seq. part. 4. recent. tom. 3. & d. disc. 142.

Et nihilominus, etiam si dictum requisitum dedecoris ac iniuria positiva non resisteret, ita ut nuptiae indignae dici non possint, resisteret tamen, dici solum nuptias dignas comparativae ad positivae indignas, ac pro exclusione penali indignitatis, non autem quod ita dignae dici debeant, ut actus remaneat honestus, & laudabilis, ut potest rem utiliter pro patre gestam continens; atque in hoc versatur clarum & unequivocum aliquotiens.

Ut patet, dicunt leguleici, extollentes dignitatem doctoratus, quod doctor licet plebeus habeat natales, efficitur tamen ita nobilis, quod ei dignae quolibet Comitiis copia potest. Itaque ista suspensio Doctorum in virum, non dicitur indignae nubere, ex deductis per Paschal. de patr. potest. part. 2. cap. 5. num. 68. & 69. & alios. Et tamen si unica filia divitis, & qualificati Comitis ordinis equestris, vel magnaitis, quae Ducem, vel alium Magnatem in virum congrue habere debet, inficio, vel invito patre nubat simplici Doctori, aliam nobilitatem non habenti nisi illam resultantem a doctorata, de qua sub tit. de praeminentiis, disc. 35. nescio, an inveniatur Italus, qui dicat, eam laudabiliter ac honeste egisse, atque rem patri utilem gessisse, cum id intelligatur, quando ita dignae nubat, quod a patre potius desiderari, ac procurari debuerit, ita ut ipsius dissensio sit potius imprudens, ac irrationabilis ut supra; & sic non ex eo quod vir dici non potest indignus, ergo sequitur eum censendum esse ita dignum, quod inter dicta ratio negotii utiliter, & bene gestis.

Applicando igitur omnem dictam theoreticam ad hanc facti speciem, excusari non poterat haec puella ex patris negligentia in eam non collocando in aetate congrua, dum adhuc in tenera erat aetate; minime quoque eam patrem minus dignae collocare tentasset, dum alius Magnatum nuptiis destinaverat, atque tractatus iam initiati erant; prout eadem dicere non poterat utilem, ac laudabilem rem gessisse viro digno nubendo, quoniam licet vir esset nobilis, ac in suo genere dignissimus, ipsi etiam puellae aliquo sanguinis gradu conjunctus, ita ut quando circa bona fortunae aliaque circumstantias, aequalis vel parum inaequalis fuisset eorum conditio, patres dici possent; attamen id operari poterat, ut dicenda quidem non esset nuptia viro indigno, non autem omnino aequali vel majore, adeo ut rem utilem, & honestam fecerit, cum ad hunc effectum requiratur magna dignitas excedens conditionem mulieris, ita ut res verisimiliter a patre desiderabilis ut supra; nam alias etiam nuptiae aequales pro patre iniuste continere dicuntur iniuriam, ac actum parum honestum, virginali pudori indecorum ac Republicae praedictum, utpotè mali exempli, multo magis stante inaequalitate resultantem saltem a bonis fortunae, juxta d. decis. 493. part. 4. recent. tom. 2. ubi inaequalitas proveniebat solum a bonis, & ita accidentali fortune.

Unde propterea ex his, ac etiam ex aliquibus aliis circumstantiis credebam, reflectendo ad solam veritatem, probabilem quidem esse resolutionem congruae paternae obligationem dotandi juxta rationem congruentiae; non tamen omnino probabilem in ea parte, in qua recedendo a limitatione in duobus primis decisionibus firmata, admittitur haec obligatio etiam circa subsidium, non habita ratione bonorum, quae per puellam possidebantur.

Potissime quia dicta bona proveniebant a Cardinali patre, quem licet ex inadvertentia non experimentem titulum dotis, satis probabiliter videbatur, dictum legatum fecisse intuitu magis magis dilecti, atque ad facilitandum matrimonium magis qualifacatum, per quod plura nobilitum privatorum excederetur, atque de hoc habebantur etiam aliquae probationes, ad forum tamen non deductae.

Juxta dictam distinctionem, atque ad ejus effectum, huius controversiae occasione, observabam verum esse, quod satis considerabilis esset excessus aetatis, quae de more regionis puellarum nuptiis congrua est, ita ut excessus praedictus indecorus reputetur, excusandi scilicet filiam sine patris consensu non indignae nubentem, non autem ad alium effectum, ut post dictam aetatem, quamvis illa 25. annorum non excederet, impudenter sit etiam indignae nubere, quasi quod ob abbreviatam hominum aetatem, illa 25. annorum ita diminuta esset per consequentiam, quae dicitur altera lex, legique vigorem habet, ut dicit Bald. Novell. de dote, part. 6. privileg. 16. vers. sed quid sit filia, num. 6. Guglielm. de Benefic. cap. Raynuntius, verbo dote, n. 34. Franch. in apostilli. ad consuetud. in omnibus Paschal. de patr. potest. part. 2. cap. n. 64. Glub. ad consuetud. §. 103. n. 39. & seq. Boss. de matrim. cap. 11. n. 199. de dote c. 4. n. 109. Ad istum enim secundum effectum iste est error manifestus, omni jure, ac rationis fundamentis destitutus, ut habetur deductum infra, disc. 142. ubi de hoc puncto habetur formiter actum.

S U M M A R I U M.

- 1 An pater teneatur dotare filiam ipso inficio, vel invito nubentem.
- 2 An teneatur suppeditare alimenta filio ducenti uxorem in dotatam sine ejus consensu.

ANNOT.

ANNOT. AD DISC. I.

H Abuit ista causa finem per concordiam, neque alia sequuta est occasio disputandi punctum in hoc. 1. disc. contentum, an pater teneatur dotare filiam ipso inficio, vel invito nubentem; perfito autem in eodem sensu, quod resolutiones nimirum alperae videntur innixae cuidam leugleico proforsu irrationali, ac Reipublicae praedictum rigori, potissimum, ubi filia sit jam sufficienter aliunde provisa.

3 A simili autem, an pater teneatur suppeditare alimenta filio nubenti sine dote, & sine consensu patris, agitur infra in hoc tit. disc. 169.

EADEM INTER EADEM PARTES.

De congruae dotis taxa generaliter faciendi; & quomodo specialiter in casu filiae, inficio, vel invito patre non indignae nubentis.

S U M M A R I U M.

- 1 An dos per patrem viventem filiae praestanda regulari debeat juxta qualitatem legitimam.
- 2 De circumstantiis, ex quibus per judicem taxanda est dos congrua.
- 3 Quod mulieris potius quam viri conditio attendi debeat, & num. 12.
- 4 An taxa alias congrua minui debeat ob defectum paterni consensu, & n. 7.
- 5 De legibus Galliae, & Lusitaniae junientibus filiam sine paterno consensu nubentem.
- 6 De eadem legum validitate, & in quo differant a jure civili.
- 7 De conclusione, de qua n. 4.
- 8 Muliere nubente extero ad cuius patriam accedat, cuius patriam mores in dotis taxatione attendi debeant.
- 9 Uxor sequitur conditionem viri tam circa patriam quam circa qualitatem, & alia.
- 10 De aliis rationibus, ob quas viri conditio, & patria attendi debent.
- 11 Major, vel minor taxa respicere potius videtur interesse viri.
- 12 Declaratur propositio, de qua n. 3.

D I S C. I I.

I N disputationibus, ut in praecedenti, habitis super hac secunda inspectione circa taxam congruae dotis per patrem constituendam filiae ob invito, vel inficio nuptae, cum postquam Rota fecit ultimam taxam scutorum 12. mill. filia non acquiesceret, sed praetendit, quod cum esset unica filia patris possidentis scuta ferè 109. mill. dotis taxa facienda esset ad limites legitima; quae minor esse non debebat; ad quod probandum pro ea scribentes cumulabant quamplures autoritates penè omnes desumptas ex Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 22. & seq. specialiter autem tanquam punctualem exagrabant istam Alex. conf. 7. lib. 2. ubi de filia quae nuptera sine consensu patris, & conf. 83. lib. 4. quae aliquam impressionem faciebat.

Verum omnino fallacem dicebam huiusmodi propositionem, quoniam non datur legitima viventi, unde receptissimum est quod in dote de paraggio per patrem viventem constituenda, non intrat regula, seu quantitas legitima, sed solum inspicitur an tunc dos esset de paraggio, quod talem quantitatem excedere attenta potest, potissimum attenta incertitudine augmenti, vel diminutionis bonorum paternorum de tempore mortis, quod in legitima est attendendum, ut post antiquiores ab eis allegatos bene Apont. conf. 65. lib. 1. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. §. 12. n. 6. cum seq. & n. 10. Rot. dec. 195. part. 2. recent. n. 3. de Marin. ad Reverter. decis. 1. & 52. & latius infra, disc. 143.

Contrariae autem autoritates firmantes, dotem de paraggio, esse quidem posse ultra legitimam, quatenus haec ad illud non sufficit, non autem minus, quodque iniquum videatur filiam a paterna successione exclusam, minus legitima assequi debere, procedunt, ubi illa per Statutum extranea effecta non est, ita ut dos succedat loco legitima, atque agatur de dote constituenda post mortem patris per fratres, vel alios agnatos illam ex Statuto a successione excludentes, ut Apont. d. conf. 65. & alii apud de Marin. ubi supra, atque in his terminis loquitur Alex. loc. cit. ac etiam loquuntur ceteri deducti per Mantic. ubi supra, qui istam questionem tractant, unde merito istud fundamentum semper neglectum fuit per Rotam.

Card. de Luca Lib. VI.

Processum autem fuit in huiusmodi taxa cum regulis generalibus adhiberi solitis, ut scilicet dos congrua, seu de paraggio taxanda sit pro judicis prudenti arbitrio, inspectis facultatibus, natalibus, numero filiorum, more generali regionis, seu Civitatis, ac usu particulari familiarum, & majorum puellae ex deductis per Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 21. Menoch. de arbit. casu 149. Tit. dec. 192. Duran. dec. 26. late in Romana relictionis transactionis 16. Junii 1651. Corrado, apud Salgado in labyrim. dec. 27. Romana dote de Lancellottis 13. Junii 1655. Zarata, & in aliis deductis in huius causae decisionibus; & propterea cum constaret puellae majores consimilem filiabus, vel sororibus constituisse, seu ab eorum uxoribus accepisse, atque esset summa, attentis paternis facultatibus, & moribus Civitatis congrua, eam attendendam esse visum fuit, non curata diversa qualitate viri, ob quam minor dos constituenda veniret, quoniam non viri, sed mulieris conditio attendi debet, procedendo cum autoritate Rotae apud Rojas dec. 3. 117. n. 26. alias dec. 245. part. 8. recent. n. 31. & sequent. & in Bonon. de Montreventis 6. Martii 1665. Taja.

Et quamvis in prima decisione dictum esset, taxam alias congruam, diminutionem pati debere ob dictam circumstantiam deficientis paterni consensu, autoritate gloss. marginalis in cap. fin. 23. quest. 2. nihilominus in sequentibus disputationibus admitti fuit responsio data per scribentes in contrarium, quod scilicet nulla habenda esset ratio de dicta gloss. marginali, utpotè Caroli Molineae; tum ob omnia ejus opera generaliter prohibita, ita ut auctor damnatae memoriae nuncupetur; tum clarius quia ipse loquitur juxta leges, seu mores Galliae, quibus attentis, filia quamvis dignae nubens inficio, vel invito patre, dotem petere non potest, imò & exheredari potest, ex iis quae habentur apud Barbof. in l. 1. ff. solut. matrim. part. 4. Ideoque alitè petere non potest nisi eam dotem subsidariam, quae datur nubentibus etiam indignae non autem congruentiae, juxta dec. 198. Buratt. n. 6. Mallrill. decis. 63. n. 22. ita ut in ea regione, deficiente paterno consensu, nulla dignoscatur differentia inter dignas, vel indignas nuptias uti exequatas, & quarum legum validitatem late iurè conatur Barbof. loc. cit. apud quem concordantes.

Obiter autem, absque tamen maturo veritatis examine, observabam de his legibus satis posse dubitari, quoties nubens non est dives ac aliunde provisa, cum tunc privatio dotis alias debite juxta necessitatem congruente adversari videatur matrimonii libertati, cui tamen non repugnant leges punientes indignae nubentem, quamvis matrimonium indefinitè sit validum, five sit dignum, five indignum.

Ut enim non semel habetur in sua materia filii rit. de matrimonio, praesertim in una Avenionensi, ac etiam in Bonon. de Guidottis filii rit. de fidei commissis, §. 44. tunc libertas matrimonii laedi dicitur, quando generaliter ac indefinitè, legis, vel hominis praecipuum prohibet matrimonium sine alicujus consensu faciendum; secus autem ubi, non per viam praenae amissionis bonorum propriorum, seu alias jam quaestorum, sed per viam privationis iurium in bonis alienis competentium, idem praecipuum restrictum est ad certum genus, vel ad certum tempus, seu certam rationem, ut ibi; & hic est casus, quia prohibitio juris communis restricta est ad viros indignos, unde remanet universum genus virosum aequalium, ac superioris, & inferioris conditionis, ita tamen quod indigni dici non valeant, cum quibus matrimonii libertas exerceri potest; atque ubi nubens est dives aliunde provisa, tunc denegare dotem, non est rigorose penam ac privationem, sed est denegare exuberans lucrum, ad quod rectè accipi potest conditio etiam restrictiva, utpotè invitativa ad lucrum, non autem interrogativa penae, vel privationis; & cum hac distinctione rectè procedunt autoritates in huius causae secunda & tertia dec. coram Verosipio allegatae super invaliditate huiusmodi legum municipalium.

Quidquid autem sit de his ita obiter insinuat, atque admittendo quod revera de dicta gloss. marginali autoritate nulla habenda esset ratio; adhuc tamen, reflectendo post sopitam licentiam ad veritatem, & ultimae resolutiones in hac parte non placebant, neque intellectus in eorum obsequium captivari potuit; postea enim, quod in huiusmodi taxa cum dicta regula procedendum esset, illa praesertim consuetudinis Civitatis, & familiae, ita ut huic puellae, licet, ac honeste cum paterno consensu nubenti, talis summa congrua esset; adhuc tamen omnino verum ac probabile videbatur primae decisionis assumptum, quod cessante

A 3 iusta

ROMANA DOTIS DE RADIIIS, PRO RADIIIS.

Discursus pro veritate.

An filia, vel foror semel dotata jus habeat contra patrem, vel fratres amissa dote ob inopiam viri, cui libere, & sine cautionibus soluta est, ad novam dotem petendam; & an hoc jus sit transmissibile ad hæredes; & qualis actio ad id competat, præsertim contra tertios possessores bonorum patris, vel fratres,

SUMMARIUM.

- 1 Casus controversie.
2 Ubi dos constituta est cum vinculo investimenti, vel alia cautela, si libere solvatur, dotans non liberatur.
3 Tutor libere solvens creditoribus hereditariis tenetur de suo.
4 An dotans teneatur ad reiteratam dotem ex eo quod non fuerit solvissimus de investimento, vel cautelis.
5 Filius primi matrimonii non possunt se opponere liberae solutioni dote secundo viro.
6 Consumpta prima dote, an mulier novam dotem petat.
7 Declaratur quando id petere possit.
8 Dispositio auct. res que, locum habet etiam in alimentis masculorum.
9 Jus petendi dotem an transmittatur ad heredes mulieris.
10 Quid ubi agitur de dote debita ex statuto.
11 Soror pro dote an excludat creditores fratris, vel actionem habeat adversus tertios possessores.
12 Declaratur quando id competat.

DISC. IV.

EX N. Ponzardo, superstites fuerunt Lælius masculus, & Margarita femina, quam frater in matrimonium collocavit cum Antonio Radio cum dote scutorum 3700. in pecunia numerata libere absque cautione, vel investimenti cautela soluta, unde dissoluto matrimonio per mortem Antonii, Margarita cognoscens ob viri insufficientiam indotatam, iudicium instituit contra fratrem pro nova dote assequenda, dictoque iudicio pendente, obiit in statu viduitatis superstitibus ex dicto matrimonio tribus filiis indentibus iudicium prædictum prosequi adversus tertios possessores bonorum paternorum, in quos Lælius prædictus omnia distraherat, ita ut contra eum inanis esset actio, sed a nequam opus adsumerent, deus in hoc exquisierunt iudicium, unde respondendo, quæ in hoc exquisierunt actiones, inam felicit super competenti actionis in genere adversus fratrem, & alteram, postquam quod ita competet, an esset exercibilis, & operativa adversus dictos tertios bonorum possessores.

Quoad primam, quando in dotis constitutione conventum esset de illius investimento, vel alia cautela, deindeque dotans investimentum, vel aliam cautelam negligendo, dotem libere solvisset marito absque legitimo mulieris consensu, tunc probabilissimè, imò tute pro muliere, vel ejus heredibus respondendum esset, quia cum per constitutionem dotis cum illa cautela quaesitum esset jus ipsi mulieri, non potuit illud tolli, neque mulieri præjudicari ex subsequente innovatione inter virum, & dotantem, unde solutio haberetur pro non facta; ut punctualiter firmatur ex subsequente decis. 77. & 93. quæ decisiones in Curia scriptis canonizate sunt, ac passim receptæ, ita ut in hac materia circumferantur tanquam magistrales, ac tanquam rationabiles beneque fundate ubique recipiende videntur, atque hinc resultaret etiam actionis competentia contra tertios bonorum possessores in vi hypothecæ conventionalis, vel legalis pro ipsa constitutione competens, ab eo tempore initium deluementis, perinde ac si solutio sequuta non esset, quia pacta sunt nullum, & nihil.

Prout iterum dicendum veniret, quamvis absque dictis cautelis dos constituta esset, ubi in facto subsisteret prepositum aliàs factum, quod de tempore constitutionis dotis mulier esset minor, atque Lælius frater esset ejus curator, non quidem actione de dote pro illa de novo

per fratrem constituenda, sed actione tutelæ tanquam ad damna, & interesse ob culpofam administrationem negligendo illas cautelas, quæ de communi usu per quemlibet diligentem patrem familias adhiberi solent, ut in similibus terminis tutoris, vel curatoris solventis libere creditoribus hereditariis, ac non procurando ab eis consuetas idoneas cautiones de restituendo prioribus, ex doct. Bart. in l. fin. §. & si per se factam, num. 1. ubi etiam Cast. de jure deliberan. fuit firmatum, decis. 211. num. 1. par. 10. recent. Atque tunc intraret etiam hypothecæ legalis competens pupillo, vel minori in bonis tutoris, & curatoris, exercibilis contra tertium possessorem.

Verum quia hæc omnia in facto cessabant, atque agebatur de dote ita libere in pecunia constituta & soluta, neque frater de dolo, seu lata culpa convinci poterat, dum vitæ communi opinione tunc idoneus reputabatur; hinc proinde mea sententia erat, ut nulla exinde competeret actio; non quidem ad dotem jam constitutam, dum ex solutione ejus quod debetur, quoties omisit formam solvendi defectus non concurrat, omnis obligatio solvitur, ut absolutum supponitur in dictis decis. 77. & 93. Merlin. Minuque actione de dolo, vel culpa, ob cautionem ab initio non exactam, quoniam jure cautum reperiri non videtur, fratrem ad id præcisè cogi, ubi præsertim iustam habuit causam credendi viro; potissimè quia de jure prohibuit potius videtur hujusmodi cautiones exigi, ut totius Cod. ne cautiones dotium dentur, ex iis, quæ in proposito plene colligunt ad materiam Gutierrez. de juram. part. 1. cap. 21. Henrici, de fideiussor. cap. 6. ex numer. 104. ad 293. Harprecht. §. in omnibus 1. in finem de fideiussor. Lat. decis. 7. apud quos de declarationibus, & limitationibus.

Quodque principaliter dos viro libere solvenda sit, neque filii prioris matrimonii dotem restituere debentes cautionem, vel investimentum exigere possint à secundo viro, plene firmatur in Romana dotis 3. Decembris 1632. Duzozetto inter suas decis. 267. ubi de fundamentis.

Et licet priori dote amissa sine dolo, vel culpa mulieris, adhuc ista ex veriori, & magis communi sententia implorare possit officium iudicis adversus patrem, vel aliorum ascendendum hæredes pro nova dotis constitutione, quamvis peremptio ex mero casu, & absque aliqua dotantium culpa conigisset, multo magis ubi aliqua saltem leve culpa considerari possit, ad text. cum ibi notatis in auct. quod locum, C. de collationibus, Barbo. in l. 1. par. 4. num. 140. ff. solut. matrim. Mangil. de eversione, cap. 7. num. 50. & seg. Fontanel. de pact. l. 5. §. 1. par. 1. num. 69. Giurb. decis. 5. num. 39. Gratian. disp. 65. numer. 7. cum seg. & 446. num. 1. & 689. numer. 19. Præter obsequ. 99. num. 6. apud quos concordantes, & infra. disc. 142.

Nihilominus hujusmodi officii iudicis subsidiaria imploratio, quatenus silicet aliunde mulieri constitutum esse non possit, catenus locum habet, quatenus ipsa, dum præsertim primum matrimonium dissolutum erat, alias nuptias contrahere vellent, atque viduitatem pati nollet, quoniam dos non datur sine matrimonio, à quo illa nomen ac essentiam recipit, ita ut eo dissoluto, etiam illa dos, qua occasione ipsius constituta est, desinat esse talis, ac remaneat nudum creditum pecuniarium, ut in proposito usurarum dotantium, ac ad alios effectus advertitur infra satis frequenter.

Idcirco mulieri, quæ dotem amisit, in statu viduitatis existenti, donec aliud matrimonium contrahere velit, aliud jus non competit nisi ad alimenta, pro quibus iudicis officium implorare potest, ex deductis per Giurb. decis. 5. & 6. & sic dum ista mulier in statu viduitatis desecit, nil superesse videbatur, quod ad ejus hæredes transmittere poterit, cum in hac parte filii considerandi veniant tanquam hæredes extranei, non habita ratione sanguinis, quo solùm efficere possunt, ut eis ex persona propria, quatenus aliunde provisi non sint, competere possent jus implorandi officium iudicis pro alimentis ex bonis avi, vel alterius ascendentes, possessis tamen à successore universalis, ex dispositione, vel ratione textus in auctores quæ communi delegat. militante in alimentis masculorum, eodem modo, quo in illis feminarum, ut advertitur pluries sub tit. de feudis ad materiam Bullæ baronum.

Pro transmissione ad hæredes observabam facere tradita per Ruin. conf. 131. volum. 4. & Noal. de transmissi. capit. 19. num. 20. ubi constituta regula, de qua num. 18. quod iudicis officium pro dote constituenda non transmittatur ad hæredes, eam limitat, quando ab ipsa muliere vivente inchoatum est iudicium; sed cogitabam dictam limitationem intelligendam esse, quatenus sequutum esset matri-

ROMANA PECUNIARIA DE MARIERIS, PRO ILLIS DE ASTE, CUM SORORIBUS DE MARIERIS.

Casus disputatus per A. C. & resolutus infra.

Fœmina per statutum exclusâ, an jus habeat petendi dotem, quamvis matrimonium carnale, vel spirituale non contrahat; & quatenus tale jus non habeat, quæ actio eis competat adversus creditores fratrum pro alimentis. Moniales Turris Speculorum Urbis an dicantur veræ Moniales, & an quod datur Monasterio pro ingressu, dicatur dos, ita ut ipsæ sint dotatæ.

SUMMARIUM.

- 1 Casus controversie.
2 Moniales turris speculorum Urbis, an sint verè moniales.
3 Quod datur illi Monasterio an sit vera dos, & n. 10.
4 De dote demandata per statutum feminis exclusis quando debeat.
5 Anna præstatio dari solita pro extraordinariis subventionibus dicitur dos.
6 Pro alimentis non competit hypotheca.
7 Item neque pro dote, vel pro legitima.
8 De differentia inter onus alimentorum ascendendum, & transversoalem, quod prima species transfunditur ad successores.
9 De potestate competenti filie in bonis patris pro dote, vel alimentis adversus creditores fratris.
10 De conclusione, de qua n. 3.

DISC. V.

Cum pretium Castri Righarti, aliorumque bonorum illorum de Aste tanquam creditorum Joannis Antonii, & Fratrum de Mereris ejusdem Castri filiorum, cum obligatione de restituendo prioribus & potioribus, egerunt Geltruda, & Laura de Mereris Montales, seu Oblatæ in Monasterio Turris Speculorum, tanquam filia & hæredes N. Uxoris dicti Castri ad restitutionem pecuniarum pro credito anteriori ex causa dorum maternarum pro earum portione, & introducta causa coram A. C. non dubitatur de dicti crediti dotalis veritate, & anterioritate; sed pro illis de Aste scribens, negabam in actricibus illius pertinentiam, quia cum essent femina, remanserant per Statutum Urbis exclusæ, tam à paterna, quam à materna successione, per filios masculos, quorum personam & jura creditores præsentabant, unde propterea nullum jus ipsis actricibus remanebat petendi jure fœderio matris dicti crediti dotalis consequentem.

Respondere agentes pro actricibus, Statutum excludere feminas sub conditione dotis, quæ propterea eis debebatur in bonis paternis, & maternis cum beneficio potioritatis adversus creditores fratris. Cumque ex hac parte replicaretur, illas esse jam dotatas, eo quia per patrem viventem, vel per fratres soluta esset ea summa, quæ huc Monasterio dari solet per ingredientes, & quam non dubitabatur dici dotem congruam ad satisfaciendum Statuto, quamvis de pingui ac magno patrimonio ageretur negabant actrices hoc assumptum, dicendo scribentes per eis dari non posse dotem sine matrimonio carnali, vel spirituali, à quo dos nomen & essentiam recipit.

In hoc autem Monasterio nullum adest matrimonium spirituale, quoniam illud ingredientes nullam formalem faciunt professionem cum votis, sed solum promittendo quandam obedientiam Præsidenti, donec in eo vixerint, oblatæ potius quam Moniales dicuntur in statu seculari, cum libertate quandoque exundi, ac matrimonium etiam carnale contrahendū, ita ut Conservatorii potius, quam formalis Monasterii, nomen ille locus mereatur, quamvis donec ibi permanent, voto obedientiæ, ac vitæ communis observantiæ, adintar aliarum Monialium adstrictæ vivant, Navarr. conf. 81. de regular. libr. 3. in illis magne impressiois, aliàs in parvis conf. 5. libr. 3. de statu Monac. Cyticæ contr. 304. ubi late de consimili loco.

monium, in quibus terminis loquitur Ruin. à quo Noalius totum desumpsit; eo etenim sequuto, si iudicis officium pro dotis constitutione ab ipsa muliere vivente imploratum est, illud transmittitur. Nullo autem matrimonio contracto, sola petitio nullius esse potest operationis, quoniam petitio prædicta deservire potest ad cogendum dotare debentem, ut patet dotem, eamque promptam habeat pro matrimonio contrahendo, & sub illius conditione, quan non purificata, nihil remanet ad hæredes transmissibile, quia nullum jus efformatum erat, ex quo non datur dos sine matrimonio.

Prout cogitabam, an suffragari posset altera limitatio deducta per Noal. ubi supra, n. 22. & 23. super transmissione dotis debite vigore statuti, sed pariter observabam in ea nullum fundamentum constitui posse, quia non sequuto matrimonio, mihi videbatur hujusmodi limitationem recipiendam solum esse in casu, quo dos à statuto demandata succederet loco legitima, qualis non est illa, quæ demandatur per statutum Urbis extantibus masculis, ut decis. 123. par. 10. recent. ac sæpius firmatur hoc tit. Obligatio autem dotandi proveniens à Statuto conditionem habet, quatenus matrimonium sequatur, ut disc. seg. Ac etiam quia statuto jam est satisfactum per dotem constitutam, & solutam, unde istud jus petendi novam dotem ob priorem consumptam, resultare potius dicitur à commiseratione legis communis, quam à præcepto statutorio. Ideoque licet filii sint commiseratione digni, omnino non scripta æquitas eis assisteret, nihilominus non videbatur, ubi in puncto juris pro hujusmodi præsentione pedes figere possent, præsertim contra tertios possessores titulo singulari domini translativo.

Hinc superflua remanebat altera inspectio super actionis competentia adversus tertios possessores, in quos bona paterna titulo singulari per Lælium fratrem translata erant; sive altera facilior concursus super eisdem bonis paternis, adhuc non alienatis, cum eisdem fratris creditoribus, quoniam cessante substantia debiti, extranea penitus erat omnis quæstio anterioritatis, vel potioritatis; ubi autem substantia debiti militaret, quamvis mulieri pro dote assequenda in bonis patris, vel alterius ascendentes nulla competeret hypotheca; nihilominus quia hujusmodi bona sibi in radice affecta sunt, idcirco competere videbatur beneficium separationis bonorum, seu quædam actio personalis in rem separatam, unde præferenda veniret quibuscumque fratribus, vel alterius descendentes creditoribus, hypothecariis, & privilegatis, juxta decis. Afflicti. 162. Tappia decis. 48. Thor. in supplem. Commend. decis. verbo filia pro dote, Romana donationis 18. Junii 1657. Melcio, Romana alimentorum 9. Aprilis 1663. Albergato, & habetur latius deductum in Romana rebus pecuniarum: sub tit. de feud. ad materiam Bullæ baronum, disc. 78.

Verum, ubi constituta & soluta jam prima dote, agitur de hac fecunda omnino subsidiaria, adhuc de hujusmodi assumpti veritate dubitabam, quoties ut in presenti bona paterna erant penes masculum libere dispositio, quoniam sicuti antequam hujusmodi officium imploraretur, ob jam adimpletum onus à jure, vel Statuto injunctum dotandi feminam de paragio, bona libere transire poterunt in tertium, in quem jure domini translata fuissent, & contra quem absque dubio hujusmodi officii imploratio non videbatur exercibilis, ita etiam quoad creditores, quibus in eisdem bonis jus quaesitum erat, priusquam mulieri ex legis benignitate potius quam rigore id competere; ideoque magna differentia est, ubi bona sunt fidei commissaria, ad que jus creditoribus non acquiritur, nisi quando Bulla baronum, vel alia Principis proviso illud eis concedit, juxta casum, de quo in dicta Romana restitutionis pecuniarum, disc. 78. & seg. sub tit. de feud. & casum in quo bona sunt libera, ut hoc secundo casu nullum jus tali feminae competat.

ANNOT. AD DISC. IV.

De hoc puncto nove dotis constituendæ per eum, qui non bene dedit primam malè cautam, alia non suppetit occasio disputandi.